

tus paterna voluntatis, dicitur hominis Filius, quia propter nos homines homo nasci dignatus est. Dicitur magnus propter innocentiam singularem. Ovis dicitur, ut ejus passio demonstratur. Sacerdos dicitur, vel quia suum corpus oblationem et hostiam obtulit Deo Patri pro nobis, vel quod per nos a diebus angelos offerri dignatur. Dicitur via, quia per ipsum pergitur ad salutem. Vitis appellatur, quia brachiorum palmites extendens in cruce, magnum saeculo praestitit dulcedinis fructum. Justitia dicitur, qui per sui nominis fidem justificat peccatores. Redemptio dicitur, quia omnem perditos sanguinis sui pretio nos redemit. Panis dicitur, quia a famem gentium per suum refecit Evangelium. Lapis dicitur, quia nec serpens fecit in eo vestigium, et nobis ipse praestitit munimentum. Medicus dicitur, quia infirmitates nostras et vulnera sua visitatione curavit. Fons aquae vitae dicitur, quia per lavacrum regenerationis et abluit et vivificat peccatores. Pax dicitur, quia dissidentes in unum colligit, et Deo Patri reconciliavit. Resurrectio dicitur, quia ipse omnia de sepulchris corpora suscitabit. Judex dicitur, quia ipse est et vivos iudicaturus et mortuos. Janua dicitur, quia per ipsum ceterorum regni fidelibus aperiuntur introitus.

2. Ego: quia tantis et nominibus et titulis Dominus communis appellatur, habet fiduciam, fidelis, et spem beatam in ipso tota virtute constituit. Nam ut Patrem sciat, ipse tibi verbum est. Si vis recte sapere, ipsum quere, quia sapientia est. Si tenebrae aliquas oculos tuos patitur, Christum require, quia lumen est. Infirmus es? habes refugium, quia et medicus est et virtus. Vis scire per quem sit mundus creatus, et a quo omnia contineantur? ipsum crede, quia brachium et dextera praesertim. Pavorem sustines aliquem? in omnibus tibi velut angelus aderit. Si tibi difficile fuerit visu accedere ad tantam unigeniti majestatem, ne desperes, quia et homo factus est, ut ad eum facile accessum haberet humanitas.

- a) Notamus Missae quotidianae usum aetate Nicetiae.
 b) Ceterum habet famis scientiam; alius, scientiam; ego emendandum curavi.
 c) Al. cod., sociavit.
 d) Vocabulum iudicis a me suppletur. Nam in codice relinquitur vacuum a patrum antiquis ad usum

Si innocens fueris, tibi ipse sociabit velut agnus. Si te persecutio aliqua gentilis contringat, sume fiduciam, quia et ipse tamquam ovis immolatus est; et te tamquam ascendes Patri suscipiet offerendum. Si vitam salutis ignores, require Christum, quia ipse est iter animarum. Si vis scire veritatem, ipsum audi, quia veritas est. Mortem omnino ne timeas, quia Christus vita credentium est. Dulcedo te saeculi delectat? magis ad crucem Christi convertere, et ejus vitis, quae in cruce pependit, dulcedine recreeris. Peccator es perditus? justitiam debes esurire, redemptorem citare, quod Christus est: satiat enim quia panis est. Si vitas in aliquo, sume gressum in ipso, quia lapis est, et te munimentum praestabit ut murus infirmus et debilis es? ab ipso quare remedium, quia medicus est. Ardorem Patris peccatorum, vel maxime qui nuncque es, catechumenus fletus ad vitae fontem, et ardor tuus extinguatur, et eternitatem tua anima consequatur. Si ira discruciat et exagitat discessio, accede ad Christum, quia pax est, et et Patri reconciliaris, et omnem diligas hominem tamquam te esse diligendum a iudicis. Si occa sum corporis times, et mortem vitae istius perhorrescis, memento quia resurrectio est, potest resuscitare quod secidit. Si te peccati voluptas sollicitat, et vitia carnis irritant, praecius cogita quia justus iudex est, severus examinatore est, sterni ignis preparator est; et nunquam te peccare delectabit. Ad postremam, frater, si te desperatio aliqua invaserit de regeneratione justitiae, da scilicet gratiae expectatione, in credibili mente januam illam esse praesume; quia et per ipsum resuscitatus a mortuis, et caelorum secreta penetrabis, et angelorum consortium consequeris. et audies illum desiderabilem vocem: *Euge, bene bone et fidelis; quia fuit fidelis, intra in gaudium Domini tui; posside regnum quod tibi preparatum est a mundi constitutione: ipso presentante, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per omnia saecula saeculorum* (Matth. xxv, 33). Amen.

- vocabuli.
 a) Al., voluntas.
 b) Al., invitant.
 c) Al., fidei.
 d) Al., quia in paucis fuit.
 e) Al., paratum.

SANCTI NICETAE EPISCOPI AQUILEIENSIS

EXPLANATIO SYMBOLI

HABITA AD COMPETENTES.

1. Qui credit in Christo, et sequitur eum ad vitam ducentem vitam, sicuti israelis populus Moysen

a) In antiquo codice Bobiensi apud Muratorum. m. s. tom. III, p. 219, sic est: *Instructio Nicetiae*

D secutus terram re-promissionis ingressus, hic confidens duce Christo abrenuntiat inimico, et angelis

ceteri episcopi.
 a) Ob huiusmodi tunc dicitur: *Episcopi Nicetiae* ex

ejus, et universæ magicæ^a curiositati, quæ constat ejus per angelos Satanae. Deinde^b renuntiat operibus ejus malis, et culturæ, idolis, sortibus, et auguriis, pompis, et theatris, fornicationibus, ebrietatibus, choris, atque mendaciis. Hæc sunt et alia serpentina, quæ stringunt animas hominum, et ad inferni carcerem ducunt. His ergo malis se homo expediens, has catenas post dorsum suum velut in faciem projiciens inimici, jam^d sincera voce pronuntiat.

2. ^a *Credo in Deum Patrem omnipotentem.* Bene incipit a credulitate confessio, quia sic beatus Paulus expressit. *Corde, inquit, creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem (Rom. x, 10).* Credis ergo in Deum Patrem omnipotentem: Deum ingenitum, qui ortus a nullo est, et a nullo coepit: Deum invisibilem, quem nullus carnis oculus videre sufficit: Deum incomprehensibilem, qui omnia comprehendit: Deum immutabilem, qui non mutatur temporibus, nec senescit ætate, sed semper idem est: qui non in tempore coepit vivere, sed semper vivens, nullum patitur successorem: Deum bonum et justum cæli et terræ Creatorem. Hunc confiteris Deum, sed eundem confitearis et Patrem Filii necesse est: nemo enim Pater est sine Filio: Pater ergo per Filium est, habens utique Filium, cujus sit Pater. ^b Et hæc est pia confessio in Deum; ut eum non solum^l Deum scias, sed cognoscas et Patrem^j, Patrem viventis verbi, virtutis ac sapientiæ propriæ: ^k qui ante omnia sæcula, ante omnium principium, ante omne omnino tempus ex se genuit Filium, Spiritus Spiritum, Deus Deum; in quosunt condita universa^l quæ in caelis, et

pervetusta, quam lego in Vaticano codice, missæ expositione. *Inter catechumenum et competentem quæ differentia est? De catechumeno, quid sit, satis superius dictum est; sed de competente, quid sit, breviter est dicendum. Competens est qui diligenter instructus fide et attente de credulitate imbutus, post traditam sibi doctrinam Christianitatis, ei mysterium symboli, et traditionem orationis Dominicæ, petit et rogat ut possit consequi mysteria sacri baptismatis et gratiam, et particeps fieri sanctæ Ecclesiæ, et in servitio cum fidelibus esse Christi. Unde et a petendo, competentes vocantur. Item in antiquo sermone ms. sic lego: Pascha petitur, sive competentium, dicitur, quia hoc die symbolum, id est fidei sanctæ credulitas, competentibus neophytis tradebatur; ut qui ad Dei gratiam percipiendam in Paschali solemnitate festinabant, fidem, quam confiteri deberent, agnoscerent. Competentes enim dicuntur quasi simul petentes. Denique in antiquo sacramentali ms. Vat. sic lego: Primus gradus catechumenorum; II, competentium; III, baptizatorum.* Ad Competentes exstat brevis levidensisque exhortatio inter sermones spurios S. Fulgentii num. 78. Sed et bonus exstat Augustini sermo ad Competentes, secundus videlicet in Dominica Palmarum.

^a Male cod., curiositatis.

^b Vocabulum *renuntiat* perperam omissum fuerat in editionibus, quod in codice adest. Cum autem hanc et sequentes emendationes facio ad codicis fidem, haud ego editores accuso, sed partim apographorum novorum varietatem, partim operarum incuriam.

^c Hic obtrusa in edd. particula *et*.

^d Editiones male *symbolica*. Veram evidentemque lectionem codicis *sincera* confirmat Nicetæ fragmentum 4 Vindebonense.

^e Dixi superius p. 15, n. 1 in symbolo Aquileiensi

quæ in terra; visibilia, et invisibilia, sicut docet Paulus (Coloss. 1, 16), et consignat Joannes: omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil (Joan. 1, 3)

3. Credens ergo in Deum Patrem, statim te confiteberis credere et in Filium ejus Jesum Christum. Hic est Filius Dei Jesus Christus; Jesus qui Hebræorum lingua interpretatus, Salvator intelligitur: Christus vero regis dignitatis appellatio est: veluti salvator et rex, unus atque idem Christus Jesus. Hic propter nostram salutem descendit a Patre de cælis, et simile nobis corpus accepit. Natus ex Spiritu sancto, et Virgine Maria sine ulla viri operatione: corpus ex corpore Spiritus sancti virtute, generatum est; manens Deus, homo factus est, ut hominibus et visio et doctrinæ salutis esse posset; quia aliter divinitas ad hominibus sustineri non poterat nisi corporis assumptione visibilia.

4. Natus ergo ex sancta et incontaminata Virgine, ut sanctæ nativitatis nobis præstaret initium. Natus est, secundum quod ante dictum fuerat per prophetam: *Ecce virgo in utero concipiet, et pariet Filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel: quod est interpretatum, Nobiscum Deus (Isai. vii, 14); Matth. 1, 23).* Crede ergo, hunc, qui ex Virgine natus est, nobiscum esse Deum; Deum ante sæcula de Patre: hominem ex Virgine propter homines. Vere incarnatum, non putative, sicut quidam erronei hæretici erubescerent mysterium Dei, in phantasmate dicunt factam Domini incarnationem: quia non vere fuerit quod videbatur, sed oculos fefellerit hominum. Quod absit

scriptum fuisse *credo in Deo, non in Deum*. Cur ergo apud Nicetam Aquileiensem legimus *credo in Deum*? Nimirum cl. Braida dissert. p. 64 perdocte jam demonstravit symboli Aquileiensis formulam ætate Nicetæ jam fere obsolevisse, Romanamque pro illa formulam in usum venisse.

^f Ostendit mihi in suis schedis cl. Fea insignis Alcuini, ut ita dicam, prædam, qui in sua fidei confessione part. iii, cap. 20, exscribit tacite ad verbum caput hoc S. Nicetæ usque ad *factum est nihil*. Ego vero observo apud Braidam in S. Chromatii editione p. lxxix (*Patrol. tom. XX, col. 315*), eundem Alcuinum exscribere S. Chromatii quoque locum, laudato tamen auctoris nomine. Ergo Alcuinus aquileienses patres familiares habuisse videtur.

^g Alcuinus interponit *et*.

^h Alcuinus omittit verba *ab et usque ad cognoscas et Patrem*.

ⁱ Contra fidem codicis editiones habent *Dominum*.

^j Alcuinus, *Patrem dico*.

^k Apud Alcuinum, quod (relatum ad verbum *ininfabiliter ante omnia, immo absque initio, ex se genuit, Spiritus Spiritum, etc.*

^l Alcuinus, *et quæ*.

^m Alcuinus, *omnia inquit*.

ⁿ Ita cod. Atque edd.

^o Sic edd.; ad cod. minus bene cum unica *m*.

^p Cod. habet *qui*; tum sequitur compendium quod videtur explicandum *dicunt aut dicuntur*. Sed revera antiquus amanuensis scripserat tantum *quidam*, quod non intellexit posterior librarius. Male vero est in editionibus *quidam dicunt*; nam *dicunt* paulo post sequitur. Quare et interpunctio editorum mutanda mihi fuit.

^q Perperam editiones replicant *absit*.

omnino a Dei veritate. Si enim falsa incarnatio est, falsa erit et salus hominum. Quod si vere salus in Christo est, vera æque incarnatio est. In ipso utrumque existens; homo, quod videbatur; Deus, quod non videbatur. Manducans ut homo, et pascens quinque ^a millia hominum quinque panibus, quia Deus. Dormiens ut homo in navi, sed ventis et mari imperans, quia Deus. Manus cruci affigens velut homo; sed paradisum, confitenti se latroni tribuens, quia Deus. Mortem postremo suscipiens deposito ad modicum corpore, ut homo; sed quadriduanum mortuum de sepulcro ^b suscitans, quia Deus. Utrumque ergo credendus est Christus; Deus, et homo: quia sicut homo ex passionibus agnoscitur, ita Deus ex divinis operibus manifestatur. Habes ergo unde respuas magistros fallaciæ, Si quis tibi hominem tantummodo Christum fuisse in auribus susurrare ^c tentaverit, dicitur quia homo per prædicta factus est; ^d quem ex virtutibus, et professionibus jam cognovi, dicente ipso Salvatore ad Judæos: *Si mihi non vultis credere, vel operibus credite. Et cognoscite, quia ego in Patre, et Pater in me* (Joan. x, 38)

5. Sequitur ut credas Dominicæ passioni; et passum confitearis Christum, crucifixum a Judæis, secundum prædicta prophetarum. Et vide ne erubescas in passione Domini tui. Si forte aliquid infidelitas Judæorum, vel stultitia gentium de magnifica Christi cruce blasphemare voluerint, memento semper dici Domini: *Qui me confessus fuerit coram hominibus, et ego confitebor eum coram Patre meo, qui est in cælis* (Matth. x, 32). Nec sane est unde confundaris si in quo sacramento passus est Christus, intelligas. Passus est non divinitate, sed carne. Deus enim impassibilis semper est. Passus autem est carne, sicut apostolus docet (I Petr. iv, 1), ut ejus vulnere salus humano generi proveniret: sicut etiam propheta prædixerat Isaias. *Et ipse, inquit, passus est pro peccatis nostris, vel vulnere ejus sanati sumus omnes* (Isai. liii, 5). Nostro enim peccato passus est Christus, ut nobis justitia donaretur. *Sub Pontio ergo Pilato passus est.* Tempus designatur, quo Pontius Pilatus fuit præses Syriæ et Palestinæ. Hoc autem ideo caute ponitur, quia aliquanti hæreticorum dæmoniacis fraudibus decepti diversos garrunt christos. Tu ergo et tempus passionis edoceris; ut eum, qui vere sub Pontio Pilato pro salute mundi passus est Christus, non passum aliquem alium fatearis. Mortuus est ergo, ut mortis jura dissolveret.

6. *Tertia die resurrexit vivus a mortuis*, sicut ait propheta, *inter mortuos liber* (Psal. lxxxvii, 6.) Ne-

^a Cod. cum unica l, quæ est genuina vetus orthographia.

^b Cod. et edd., *suscitat*, quam lectionem emendavi ex analogia certissima præcedentium.

^c Cod., *temptaverit*.

^d Cod., *qm* superposito compendii signo. Ergo vel quem vel quoniam.

^e Perperam in edd. additur est.

^f Quomodo hic locus Nicetæ intelligendus sit, late disputat cl. Braida dissert. pag. 266 sqq. Et quidem nullus theologus, vel symboli, vel Pauli (I Thesa. iv)

que poterat Christus a morte detineri, qui et mortis, et vitæ totam obtinet potestatem. *Ascendit in cælos*, unde et descenderat: quia *Nemo, inquit, ascendit in cælum nisi qui de cælo descendit, Filius hominis qui erat in cælo* (Joan. x, 18; iii, 13). *Sedet ad dexteram Patris*, secundum quod dictum est in Davidicis ex persona Dei Patris ad Filium: *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* (Ps. cix, 8). *Inde venturus* ^g *judicare vivos et mortuos*. Crede quoniam hic ipse Christus Dominus noster veniet cum angelis et virtutibus eorum, ^h tam vivos quam olim mortuos judicare: ut reddat singulis secundum opera eorum: hoc est, justos ad vitam æternam constituat; impios autem æternæ pœnæ subiciat.

7. *Credis et in Spiritum sanctum*. Hic Spiritus sanctus unus est, sanctificans omnia, qui de Patre procedit, solus scrutans mysteria et profunda Dei, qui in specie columbæ de cælis venit in Christum. Hic Spiritus sanctus unusquidem est, sed multiplex in virtutibus et in operationibus. Ipse *dividit gratiarum dona singulis prout vult* (I Cor. xii, 11). Ipse prophetas constituit, apostolos implevit; et ipse tempore baptismi animas credentium, corporaque sanctificat; ⁱ sine cujus operatione nulla potest creatura ad æternitatem pervenire; in cujus gloriam etiam ^k *angeli prospicere concupiscunt* (I Petr. i, 12). Qui et sedes ^l et dominationes, et universas cælorum virtutes sua majestate sanctificat. ^m *In quem Spiritum sanctum si quis blasphemaverit, non habet remissionem neque in hoc sæculo neque in futuro*, sicut ipse Dominus pronuntiavit (Matth. xii, 32).

8. Hanc Trinitatis fidem, fratres, in cordibus firmate vestris, credentes in unum Deum Patrem omnipotentem, et in Filium ejus Jesum Christum Dominum nostrum, et in Spiritum sanctum, lumen verum, et sanctificatorem animarum, qui est pignus hæreditatis nostræ, qui nos, si in eum fuerimus intenti, deducet in omnem veritatem, et faciet cælestibus cohærere. Hanc enim regulam fidei apostoli a Domino acceperunt, *ut in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti omnes gentes credulas baptizarent* (Matth. xxviii, 19). Hæc in vobis maneat fides; *hoc depositum custodite, charississimi, devitantes profanas vocum novitates et oppositiones fallacis scientiæ* (I Tim. vi, 20).

9. Si gentiles suadent multos patres iterum colere, tu retine beatam professionem tuam, ⁿ qui unum confessus es Deum Patrem: nec ^o enim natura fert, ut unus homo plures habeat patres. Si Judæus Christum Dei Filium non credere suadet, sit tibi tamquam hostis; aut impugnandus, si tanta tibi est scientia

expositor, locum hunc intactum reliquit. Quare mihi verbis abstinendum est.

^g Sic ad litteram Nicetas etiam in opusculo de Spiritu sancti Potentia pag. 16, vers. 11.

^h Confer de Sp. s. Pot. p. 28, vers. 1.

ⁱ Ita Nicetas etiam de Sp. p. Pot. p. 13, vers. 3 a fin.

^j Ergone fuit amanuensium error de Sp. s. Pot. p. 25, vers. 18, *in Spiritum sancto blasphemaverit?*

^k Ed., *qua*.

^l Deest enim in edd.

Scripturam, aut certe devitanda, si exercitatio
deest. Si quis haereticus sub nomine Christiano aut
Christum tibi creaturam tradit, aut Spiritum sanctum
dicentem esse a Patris et Filii gloria persuadet, sit tibi
tamquam ethnicus et publicanus; quia te ad idolo-
latram deducit, cum creaturam colere persuadet.
Et cum te questionibus tortuosis nititur implicare,
recurre ad murum fidei tuae, et dic secundum Apo-
stolum: *Ego absolutus sum, ego sanctificatus sum,*
ego justificatus in nomine Domini nostri Jesu Christi,
et in Spiritu Dei mei (I Cor. vi, 11). Nihil de hac
Trinitatis professione nuntiabo, ne saluti meae
damnum, et fidei faciam detrimentum.

10. Post confessionem beatae Trinitatis, jam prohi-
beris credere sanctam Ecclesiam catholicam? Ecclesia
quid aliud, quam sanctorum omnium congregatio?
Ab exordio enim saeculi, sive patriarchae, sive Abra-
ham, Isaac, et Jacob, sive prophetae, sive apostoli,
sive martyres, sive caeteri iusti qui fuerunt, qui sunt,
qui erunt, una Ecclesia sunt, quia una fide et conver-
satione sanctificati, uno spiritu signati, unum corpus
effecti sunt: cujus corporis caput Christus, sicut per-
hibetur et scriptum est (Coloss. 1, 18). Adhuc amplius
dico. Etiam angeli, etiam virtutes et potestates super-
nae in hac una confederantur Ecclesia; Apostolo nos
docente, quia in Christo reconciliata sunt omnia, non
solum quae in terra sunt, verum et quae in caelo (Coloss.
1, 20). Ergo in hac una Ecclesia crede te communio-
nem consecraturum esse sanctorum. Scito unam hanc
esse Ecclesiam catholicam in omni orbis terrae consti-
tutam; cujus communionem debes firmiter retinere.
Sunt quidem et aliae pseudo-ecclēsiae; sed nihil tibi
commune cum illis; ut puta Manichaeorum, Cataphri-
garum, Marcionistarum; vel caeterorum haereti-
corum, sive schismaticorum; quia jam desinunt
istae Ecclesiae esse sanctae: siquidem haereticis
deceptae doctrinis, aliter credunt, aliter agunt,
quam Christus Dominus mandavit, quam apostoli
tradiderunt. Credis deinde in remissionem peccato-
rum. Haec est enim gratia, quae credentes, et Deum
Christum confitentem, consequuntur per baptismum
remissionem suorum omnium peccatorum. Unde et
regeneratio dicitur; quia plus homo innovans, et pu-
rus redditur, quam cum de matris suae utero genera-
tur. Consequenter credis et carnis tuae resurrectionem,
et in vitam aeternam. Revera enim si hoc non credis,
frustra in Deum credis. Totum enim quod credimus
propter nostram credimus resurrectionem. Alioquin
si in hac vita tantum speramus in Christo, vere, ut
ait Apostolus, miserabiles sumus omnibus hominibus

(I Cor. xv, 19); quando utique ad hoc Christus car-
nem suscepit humanam, ut communionem vitae per-
petuae mortali nostrae substantiae impertiret.

11. Multi quidem sunt haereticorum, qui distor-
quent fidem resurrectionis, vindicantes solius animae
salutem; negata carnis resurrectione. Sed tu, qui in
Christum credis, carnis tuae resurrectionem profite-
ris. In hoc enim Christus et mortuus est, et resurrexit,
ut et viventium et mortuorum dominetur (Rom. xiv, 9).
Nec sane supervacue hoc credis. Habes siquidem
auctores idoneos. Accipe Isaiam prophetam dilucide
praedicantem: *Exsurgent mortui, et resurgent qui*
sunt in monumentis, et suscitabuntur qui sunt in terra
(Isai. xxvi, 19). Habes et ipsum Dominum propheta-
rum in Evangelio promittentem: *Ego sum resurrectio*
et vita; qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet
(Joan. xi, 27). Et alio loco: *Amen dico vobis, venit*
hora cum mortui qui sunt in monumentis, audient vo-
cem Filii Dei; et resurgent; qui bona fecerunt, in re-
surrectionem vitae; qui autem mala gesserunt, in re-
surrectionem iudicii (Joan. v, 28, 29). Habes apostolum
Paulum asseverantem: *Oportet corruptam hanc in-*
duere in corruptibilem; et mortale hoc induere in immor-
talitatem (I Cor. xv, 53). Scitote ex duplici nos esse sub-
stantia, id est, corpore et anima. Corpus quidem mor-
tale; anima vero immortalis. Cum homo ex hac vita
deficit, non anima moritur, sed ea recedente solum
corpus emoritur; et patrescente in terra corpore,
et anima pro suo merito aut in loco lucis aut in loco
caliginis reservatur: ut in die adventus Domini de
caelo, cum venerit cum sanctis angelis suis, resusci-
tatis omnibus; et animae revocentur in corpora, et
justa sit honorum malorumque discretio. Tunc
iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum; im-
pii vero, et iniqui in tenebras inferni, ubi erit fletus
oculorum, et stridor dentium, sicut scriptum est.

12. Ut autem de corporis resurrectione non dabi-
tes, accipe vel unum exemplum de mundanis rebus,
sicut docet Apostolus (I Cor. xv, 36) Ecce granum
tritici, mortuum, aridum seminatur in terra; et rore
caeli madefactum, cum putruerit, tunc demum vivi-
ficatur, et surgit. Puto, qui granum tritici resuscitat
propter hominem, ipsum hominem seminatum in terra
resuscitare poterit; immo et potest et vult. Nam si-
cut granum pluvia, ita corpus Spiritus rore vivifica-
ndum, sicut clamat Isaias ad Christum, *ros enim, in-*
quit, qui abs te, est sanitas est illis (Isai. xxvi, 19).
Vere sanitas, quia resuscitata corpora sanctorum
amplius jam mori non metuant. Vivent enim cum
Christo in caelo, qui vixerant secundum praecipia

* Cod. idolatram. Ambigo autem utrum fibrarii
mendo, an usu jam tam vulgari quoniam sic loqui-
mur Itali hodierni, fortasse quia ab antiquioribus ta-
traditum nobis est.

b Cod., deducunt; et mox, persuadent.

c Ita cod. et edd. Sed hoc mendam esse pro ablu-
tus demonstrat ipse Nicetas de Sp. s. Pot. p. 24, vers.
16. Abusu habet vulgatae Pauli Latina editio; item-
que Graecam archetypam ἀπὸ καθάρσεως.

d Nuntiare pro renuntiare seu negare, etiam apud
Tertullianum notavit cl. Braida.

* Cod., dampnum.

f Ita cod. At edd., sunt.

g Edd., Dominum.

h Cod., consecuntur.

i Quomodo intelligendus sit Nicetas hic locus, et
quod verba in loco lucis satis indicent caelestem se-
dem: ita ut Nicetas in illorum errore non sit qui
opinati sunt caelestem beatitudinem non nisi post uni-
versale iudicium iustis attributum iri, late disputat
demonstratque cl. Braida dissert. p. 274 sqq.

j Perpetua in edd., distinctio.

Christi et justitias in hoc mundo : hæc est æterna, et beata vita illa, quam credis : hic fructus totius fidei, et bonæ consecrationis : hæc spes, propter quam nascimur, credimus, et renascimur. Propter hanc et prophetæ et apostoli et martyres tam labores inextricabiles sustulerunt, quam mortem cum gaudio susceperunt. Hunc vitam nec gentilis habebit, nec Judæus incredulus possidebit ; sed nec vitis et criminibus serviens Christianus ; quia solis est fidelibus et caste viventibus præparata.

13. Quod cum ita sit, charissimi, manete in his quæ didicistis et tradita sunt vobis. Retinete semper pactum, quod fecistis cum Domino, id est hoc symbolum, quod coram angelis et hominibus confitemini. Pauca quidem sunt verba ; sed omnia continent sacramenta. * De totis enim Scripturis hæc brevitatis causa collecta sunt, tanquam gemmæ pretiosæ in una corona compositæ, ut quoniam plures credentium litteras nesciunt, vel qui sciunt, per occupationes

* Locum hunc S. Nicetæ, observante cl. Fea, prope ad litteram sibi vindicavit S. Ildephonsus Toletanus de Cogn. baptismi cap. 33 (ed. Matrit. Patr. Tolet. tom. I, p. 185) cujus en verba : *In quo (symbolo) ideo ab apostolis breviter collecta sunt ex omnibus, Scripturis, ut quia multi credentes vel litteras nesciunt,*

sæculi Scripturas legere non possunt, habeant sufficientem sibi scientiam salutarem.

14. Ita, charissimi, sive sedetis sive operamini, sive dormitis, sive vigilatis, hæc salutaris confessio volvatur in pectoribus vestris. Sit animus semper in cælo, spes in resurrectione, desiderium in promissione. Cruz Christi, et gloriosa passio cum fiducia præferatur ; et quotiens inimicus mentem tuam aut timore, aut avaritia, aut ira titillaverit, responde illi minaciter, dicens : Et abrenuntiavi, et abrenuntio tibi, operibus pariter, et angelis tuis ; quia credidi Deo, vivo et Christo ejus, cujus Spiritu signatus nec mortem didici jam timere. Sic vos tuebitur manus Dei, sic Spiritus Christi sanctum custodiet introitum vestrum, ex hoc nunc et usque in sæculum ; cum meditates Christum dixeritis ad invicem ; fratres, sive vigilemus, sive dormiamus, simul cum Domino vivamus ; cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

vel scientes occupati impedimento secuti Scripturas eis legere non liceret, hoc corde et memoria retinentes, sufficientem sibi haberent scientiam salutarem. Claruit autem Ildephonsus ducentis fere post Nicetam nostrum annis,

EJUSDEM S. NICETÆ FRAGMENTA SEX.

I.

Nicetas in libro b primo ad Competentes. Instructiones igitur necessarias ad fidem currentibus opus est explorare, quas et rusticæ animæ possint advertere pariter et tenere, non ex proprio ingenio compositas, sed ex divinarum Scripturarum prædicatione collectas, quibus edocentur baptismum electi, ut quid dimiserint sciant, et quid desiderant magis intelligant, et quid accepturi sunt, vel quid observare debeant certius recognoscant ; quia magnum est quod desiderant, grande est quod inchoant, sive Deus inspiravit, sive homo commovit et suavit.

II.

Ibidem. Catechumenus, quasi c hospes et vicinus fidelium, de foris audiens mysteria, nec intelligens ; audiens gratiam, nec advertens ; ex d hoc vero fidelis incipit appellari.

III.

Ibidem. Non enim ante ad confessionem venit, nisi prius fuerit diabolo renuntiatum. Sicut nec e au-

* Edidit hæc fragmenta vir cl. Michael Denisius ex codice Vindobonensi sæculi decimi, in opere inscripto, *Codices ms. theol. biblioth. Palat. Vindob.* vol. II, part. III, p. 2042 sqq. Scilicet in prædicto codice Vindob. inter alia inest opusculum cui titulus, *Ordo vel brevis explanatio de catechizandis rudibus.* cum Patrum auctoritatibus, quas inter Nicetæ. Apparet autem fragmenta hæc modo quidem pura recitari, modo autem eorum sensum, immutatis aliquando verbis,

C rilegus ante aurum mittit in sæculum, nisi prius terram vel limum laverit univerrum. Ideo oportet prius repudium dicere diabolicæ vanitati, et amara ejus studia abrenuntiando projicere. Abrenuntiare autem oportet non nudo sermone neque solis labiis, sed fide fortissima, et indubitata scientia, id est ut Christo se homo tota animi virtute committat, confidens, quia Christi factus desinat timere diabolum. Deinde abrenuntiat et operibus ejus malignis, id est culturis et idolis, sortibus et auguriis, pompis et theatris, furtis et fraudibus, homicidiis et fornicationibus, superbis et jactantiæ, iræ et avaritiæ, commensationibus et ebriositatibus, choris atque mendaciis, et his similibus malis. Quid dicimus de his, qui superfluo carnis ornata jactare se volunt, et videri mirabiles ? faceo de exquisitis inutiliter vestimentum subtilitatibus. Oro vos, quid faciunt in viris capilli f acu crispati, comæ retro quidem cervicem cooperiantes, ante autem frontem penitus abscondentes, ita ut nec signi Christi locus liber relinquatur in fronte ; et e unde se putant

proferri.

b Quippe Nicetas libros sex instructionis ad Competentes scripserat, quos enumerat Gennadius.

c Cod., *hospis* ; et paulo ante, *caticuminus*.

d Scilicet, *baptismo*.

e Cod., *aurilicus*.

f Cod., *aguo*.

g Cod., *eundem*.